

Alte Drucke

**CONCIONES || IN EVANGELIA || ET EPISTOLAS, QVAE || per
totam Quadragesima[m] populo in Ecclesia || proponi
solent, è Tabulis F. Iacobi Veldy ...**

Prielee, Gilles vanden

Parisiis, 1567

FERIA QUINTA POST DOMINICAM PASSIONIS, EPISTOLA, Danielis 3.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150295

FERIA QVINTA

fieri iudicauerant. Christus autem, vt suos in fide confirmaret, & ratione, & scripturarum autoritate suam doctrinam confirmat, quā permittit ex miraculis iudicari.

FERIA QVINTA POST DOMINICAM PASSIONIS, EPISTOLA, Danielis 3.

Oravit Daniel ad Dominum dicens, Ne quaesumus, tradas nos in perpetuum propter nomē tuū: & ne dissipēs testamentum tuum, neque auferas misericordiam tuam à nobis, &c. Finis Epistolæ: Et sciant quia tu es Dominus Deus solus, & gloriosus super orbem terrarum.



^Ac Epistola verus orator Daniel, tria agit. 1. Primò, sustinens personam populi Israël, in captiuitate Babylonica, miserè afflicti, humili oratione Deum suarum promissionum commune facit, dicens, *Ne despicias Domine populum tuum: Ne dissipēs testamentum tuum: Ne auferas misericordiam tuam à nobis, propter Abraham dilectum tuum, & Israël Sanctum tuum.* An quæso tanti sunt apud Deum Sanctorum merita, vt ipsis in oratione fidere possimus? Iniuriā me meritis Christi, quæ exactissimè intellexerat, facit Daniel, dum Abraham & Israël merita opponit iræ Dei? Videant hic, quæso, pij num Lutheranorum, Anabaptistarum, Calvinistarum, & Sectariorum doctrina, de meritis Sanctorum cum scriptura cōueniat Patriarcharum, Prophetarum, & Apostolorum. Certè Daniel, dū Sanctorum merita iræ Dei opponit, non proprij cerebri somnia sequitur, sed verbum Dei, Isa. 37. quod tanti apud Deum esse Sanctorum opera docet, vt ipsorum intuitu aliis misereri velit Deus. Protegā, inquit, ciuitatē istam propter me, & propter Dauid seruum meum. Est autem in hac materia fidei veritas, & Ecclesiæ doctrina scriptis confirmata, merita Sanctorum esse Dei dona, nec nisi ex spiritu Christi inhabitantis proficisci, vt merito nō sint contēnenda, sed magni æstimanda, atque etiam apud Deū meritoria. Vide August. Epistola 105. eiusque

Merita Sanctorum.

Merita Sanctorum Dei dona sunt.

agnoscit vindicem iustitiam, iustissimè peccata punientem: qua regnum florentissimum, urbem potētissimam Hierusalem, & templum magnificum populi Israelitici, quem in suum peculium quondam delegerat, ac cognitione sui, lege diuinitus data, promissionibus de Christo venturo, & vera religione, quæ Deum coleret exornauerat, passus est à Babylonis, vrbe ac templo vastatis & exultis, in miseram abduci seruitutem, multis millibus occisis ac cruciatis: vt meritò dicat Daniel, Imminuti sumus plusquam omnes gentes, sumusque humiles in vniuersa terra, scilicet propter peccata nostra quæ describuntur, 4. Reg. 17. 18. Ezech 39. 22. Ose. 13. Isa. 1. aliisque pluribus scripturæ locis. Ea enim est Dei iustitia, vt nullū linat inultum esse peccatum. Quia autem, Apost. teste, 1. Cor. 10. Omnia in figura contigerunt illis, ac scripta sunt ad correptionem nostram: Aptissimè hæc populo Christiano competunt, qui licet Dei cognitione, sacramentorum vsu, scripturarum intellectu, aliisque mysteriis cæteris præstet nationibus, huiusmodi Dei beneficiis destitutus: iustè tamen merito peccatorum suorum, quibus turpiter disfluit, iram Dei experitur, vt nulla penè natio sit Christiana deploratior, quæ tantis sectis, erroribus, dissidiis, & odiis intestinis inter se dissidet ac tumultuatur, vt meritò se dicere imminutam possit plusquam omnes gentes.

Nullum peccatum inultum.

Nulla penè natio deploratior Christiana.

2. Secundò, Ex intimo cordis dolore, ac vera animi ad Deum conuersione Reipub. Iudaicæ statū ac miseriam describens, conqueritur ea omnia esse sublata, quibus solent Dei iram, & misericordiam, si quādo peccassent, flectere, & inuenire. Erant hæc autem holocausta, sacrificia, oblationes, & incensum, quæ in loco primitiarum, iuxta verbū Dei, 3. Reg. 7. oblata, mox ipsos Deo, quoad temporalia, reconciliant. Voluit enim Deus apud Iudæos ista externa esse sacrificia tãquam symbola verbi sui, quæ licet, vt loquitur Apostolus, Hebr. 9. non poterant auferre peccata, nec iuxta conscientiam perfectum facere seruientem, quia vmbra tantum erāt, & figuræ veri illius sacrificij, quod in cruce filius Dei obtulit, temporalia tamē bona cōferebant. Nunquam enim veros sui cultores sine externo, quod ipsi soli exhiberetur, sacri-

Externa sacrificia apud Iudæos.

*Sacrificium
crucis.*

*Zvuynglia-
ni & Calui-
nistæ Baby-
loniis fero-
ciores.*

*Circumcisio
cordis.*

ficio reliquit. Sicut etiam in noua lege sacrificiū crucis, incruentum extare voluit, quod à fidelibus iugi commemoratione ex ipsius Christi institutione Patri offerretur: Quo sit vt incruentum hoc sacrificium non sit aliud ab illo, quod in cruce filius Dei peregit. Atqui hoc nobis eripere student ipsi Babylonis ferociiores, Zvuyngliani, Anabaptistæ, & Calvinistæ, qui sublatum volunt omne externum sacrificium, Sacerdotium, & cultum, qui Deo vero exhiberi solet. Et insuper docet quo tandem cultu in huiusmodi vastitate, quando externa omnia piis adimuntur, Deum colere possint: nempe, spiritu humilitatis, & animo contrito: quibus verè cohæret Deus, aded vt in his potissimum veræ religionis rationem semper posuerint scripturæ, Psalm. 50. Si quidem irrita, ac penè inania externa illa symbola semper fuere, si istis destituebantur. Neque enim externa illa propter se tantum præcepit Deus, sed horum causa. Hinc volunt Prophetæ circumcisionem cordis, Hier. 4. & sacrificium iustitiæ, Psalm. 4. spiritus contribulati, & cordis contriti, vt meritò animum despondere fideles nō debeant, quanquam angī non immeritò possint, etiam si videant impietatem grassari, omnia monumenta veræ religionis aboleri hæreticorum impudentia. Tantum ex vera fide offerant hoc sacrificium spiritus Deo gratissimum magis, quàm holocausta arietum, aut adipem agnorum pinguium. Petant hoc gratum esse in conspectu Dei, scientes quòd non sit confusio confidentibus in ipsam: iuxta illud, Psalm. 90. Quoniam in me sperauerūt, liberabo, protegā, exaudiam, & glorificabo eos, qui deposita propria fiducia, toti à me dependent, in me spem omnem collocant, & curam & sollicitudinē deponunt.

4. Quartò, Describit quæ sint agenda illi, qui Dei misericordiam sibi propitiā velit, scilicet, sequi Deum in toto corde, eum timere, & eius faciem perpetuò querere. Istis enim partibus consistit vera ac Christiana iustitia, quam quisquis gratia Redemptoris cōsequitur, is tandem de diuino adiutorio spem firmam concipiet, vt cum Daniele dicat, *Ne confundas nos, fac nobiscum iuxta mansuetudinem tuam, & secundum multitudinem misericordiæ*

tua. Quasi dicat, Merentur quidem nostra peccata hæc, quæ patimur supplicia, atqui tatus est misericordiæ tuæ fons & scaturigo, vt indignis miserearis. Ergo erue nos in mirabilibus tuis, et da gloriam nomini tuo. Detrahent enim impij potentia tuæ, si sponsam tuam, quam tibi in fide desponsasti, Osee 3. scilicet, Ecclesiam, quam sanguine tuo redemisti, ludibrio permittas hæreticorum, si illius sacramenta, fidem, & religionem opprimi sinas. Obsecro igitur, Domine, confundantur omnes qui ostendunt serui tuis mala, & qui Ecclesiam tuam opprimunt: & sciant, quia tu es Dominus Deus solus, & gloriosus super orbem terrarum.

FERIA QUINTA POST DOMINICAM PASSIONIS, EVANGELIUM,

Lucæ 7.

Rogabat autem illum quidam de Phariseis, vt manducaret cū illo, &c. Finis Euangelij: Fides tua te saluam fecit, vade in pace.



DOCET huius mulieris penitentia actio, penitentiam ex fide & dilectione Dei proficiscentem, causam esse, qua iustificemur à Deo. Complectitur autem trium personarum dispares mores & officia.

1^o Primò, Pharisei, qui communi hypocritarum morbo laborans, nempe propria iustitiæ opinione, odio proximi, & inuidia erga Christum, qua malè de illo suspicabatur, quæ tamen vt dissimularet, amicitiam erga Christum simulat: odit enim carnis natura videri quod est: proinde vt sinistram vitet suspicionem, multa subinde etiam contra conscientiam agit, vt docet Christus, Matth. 23. Omnia enim opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus hi qui carnales sunt. Exhibet igitur Christo beneficium, & obsequium simulatæ amicitia, eumque conuiuio excipit, Christus verò qua erat erga omnes humanitate, et si maleuolum eius animum non ignoraret, accedit, admonens non esse temerè iudicanda ea facta, quæ sunt *ἀπὸ τοῦ κακοῦ*, quum possint non solum malè, sed etiam bene fieri. Patet hic locus dicendi de conuiujs Christianorum, qualia ea esse oporteat: scilicet sobria, modesta, secundum faciem Sanctorum, in-

dith 16. non, vt nunc sunt lasciuia, petulantia, ebriosa, & detractionibus plena. Hæc enim damnant scripturæ, I. sa. 5. 28. Cythara, lyra, tympanum, tibia, & vinum in cõuiuiis vestris, & opus Domini non respicitis. Aliam longè rationem præscribit Christus, Lucæ 14.

2. Secundò, Mulieris peccatricis, quæ ex auditu fidei Christum cognouit. Hæc cum otiosa esse nequeat, parit veros pœnitentiæ fructus, cognitionem, contritionem, confessionem, & satisfactionem peccati, quod intelligat sine his placere se Deo non posse. Quare sicut exhibuit membra sua seruire immunditiæ, & iniquitati, ita nũc exhibet ipsa arma iustitiæ in sanctificatione, Rom. 6. Ideò vt audiuit quod Iesus accubuit in domo Simonis, affert alabastrũ vnguẽti, lachrymis pedes Christi rigat, capillis capitis sui tergit, osculatur pedes, & vnguento vnxit, criminum scilicet suorum iudex seuerior, mentẽ ac mēbra singula, digna castigatione castigas, mactata intrinsecus anima propriũ in sancta sanguine ruit, cor cõtritum erupit in lachrymas: Fides lauit: Charitas vnxit: de pœnitentia pixide vnguenta protulit, & crinibus, lasciuie irritamentis, terlit. Huiusmodi siquidem fructus parit fides, quæ per dilectionem operatur. Charitas enim, quæ diffunditur in corde per Spiritum sanctum, nequit esse otiosa: sed non secas atque solet ignis rubiginem, sic ipsa mox peccatum omne tollit: Nam spiritus disciplinæ effugit fictum, nec potest habitare in corpore subdito peccatis. Accepit itaque hæc mulier initium bonæ voluntatis, quam secuta est vehemens peccati detestatio, ac dolor.

3. Tertiò, Christi perhorrendum, ac verè metuendum iudicium, quo pœnitentem absoluit meretricem, & superbum damnauit hypocritam, vt ostenderet misericordiam suam, qua gratis peccata conuersis donat: & iudicium, quo dignos deserit, deserit: dum mulier ait, Remittuntur tibi peccata tua, quia scilicet, dilexit multum. Nam lachrymis pedes lauit, vnguento pedes vnxit, capillis terlit, & osculari pedes non cessauit: & Simoni suam ingratitudinem impropert, quod ipsi domum intranti aquam pedibus non dedisset, osculum non porrexisset, & oleo caput nõ vnxisset. Horum enim negle-

Fidei fructus.

Misericordia.

Iudicium.

Deus facile indicabat animum Simonis erga Christum parum fuisse candidum: dum ea exhibere negligit, quæ candoris & benevolentiae erant symbola. Sed quomodo ante remissionem peccatorum potuit hæc mulier ita Deum diligere, ut eam consequeretur? constarene potest charitas, qua diligitur Deus, cum peccato mortali? Deinde si remissio peccatorum est, quomodo eam tribuit Christus dilectioni? Quibus paucis respondeo, Charitatem inchoatam posse consistere cum peccato, non quidem cum affectu peccandi: fieri enim nequit, ut quis & Deum & peccatum diligat: quia hæc mulier Deum dilexit, antequam illi peccata à Christo remitterentur. Perfecta quidem charitas, qualem diffundit Spiritus sanctus, cum sit peccatori propitius, sine remissione peccatorum haberi nequit, atqui talis non semper requiritur ad cordis compunctionem, aut eam contritionem, qua orantem Deus non despicit. Psal. 80. Cor contritum & humiliatum Deus non despicit. Quomodo verò remissionem peccatorum charitati tribuat hic Christus, tanquam causa iustificationis, quum iustificatio, quæ sine remissione peccatorum non contingit, sit gratuita? Aliter hæretici, aliter docent Catholici. Illi enim volunt sinechdochicos hic Christum loqui, & nomine dilectionis fidem intelligi: vel dilectionem non præcessisse remissionem peccatorum in muliere, sed secutam fuisse: quasi condonatio debiti fuerit causa dilectionis. Neque ab hac sententia alienus esse videtur Lyranus, dum ait, Quoniam hic non significat causaliter, sed consecutivè. Catholica verò fides credit gratuitam prorsus esse iustificationem: iuxta illud, Iustificati gratis, Ro. 5. nec quenquam, donec filius iræ est & dānationi obnoxius, hanc posse promereri: atqui tām esse misericordis Dei, ac gratia sua prævenientis, clementiā, ut pœnitentis dilectionem, & fidei, & charitatis opera, quæ ex occulta Dei inspiratione agit, respiciat: ita ut quasi eorum operum intuitu dicat scriptura, Deum nos iustificare, dum videlicet, in gratiam recipit, dum peccata condonat.

FERIA SEXTA POST DOMINI-

CA M PASSIONIS, EPISTO-

la, Hier. 17.